

PRACTICA QVO-
TIDIANA

DOCT. PETRI
SANZ MORQUECHI,

AVDITORIS AVDIENTIÆ

REGALIS INSVLÆ HISPANÆ

Sancti Dominici,

De Diuisione Bonorum,

TVM SOCIETATIS CONVEN-

*tionalis & coniugalis, tum meliorationum, &
hereditatum, aliarumque rerum eo spectantium.*

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO,



FRANCOFVRTI

E Collegio Musarum Paltheniano.

MDC.VII.



PAVLO DE LA-
CVNA IVRISCONSUL-
TO CLARISSIMO, SVPRE-

mique Indiarum senatus Præsidi integerri-
mo & meritissimo, Doctor Petrus Sanz
a Morquecho perpetuam exoptat
felicitatem.

Non caret ratione (præses amplis-
sime) mos ille antiquissimus ab o-
mnibus scriptoribus observatus,
qui opus suum atque labores lite-
rarum sub auxilio, & protectione alicuius viri
insignis constituunt, ut a linguis mordacibus li-
berari possint. Nam licet bonum opus laude &
recommendatione alterius non indigeat, quia i-
psum se tuebitur, nulloque defensore egebit, tamen
non desunt detractores, qui quod bonum est,
diversimode iudicant, & timore protectoris lin-



TRACTATUS COPIO-
SISSIMVS PETRI SANZ
MORQVECHI REGII AVDITO-
RIS DIGNISSIMI,

De Bonorum Diuisione, in quatuor libros partitus.

LIBER I.

S Y M M A R I A.

- 1 *Inuentarium fit, ne heredes ultra vires hereditarias legatariis
& creditoribus teneantur.*
- 2 *Inuentarii conventionem non potest testator in praiudicium
creditorum suorum remittere.*
- 3 *Inuentarium est incoandum intra triginta dies post aditam he-
reditatem.*
- 4 *Inuentarium inceptum intra mensem post aditam hereditatem,
intra alios duos menses perfici debet.*
- 5 *Inuentarium inceptum & perfectum intra duos menses post pri-
mum elapsum, prodest heredibus.*
- 6 *Inuentarium potest fieri intra annum, quando bona describenda
in inuentario non sunt in domicilio heredum.*
- 7 *Inuentarium fieri debet citatis creditoribus & legatariis, si certi
sint, alias proclamate citari possunt.*
- 8 *Inuentarium potest fieri secundum loci consuetudinem.*
- 9 *Inuentarium iudicis mandato confectum habet presumptionem
pro se, quod non sint plura bona in hereditate.*